Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gene

tens ei asinos decem qui subuehe
rent ex omnibus diuitiis egypti. et
totidem asinas in itinere triticum
panesque portantes. Dimisit ergo
fratres suos et profiscentibus ait
Ne iurgamini in via. Qui ascen
dentes ex egypto uenerunt in terram
chanaan ad patrem suum iacob. et
nuntiauerunt ei dicentes. Joseph filius
tuus uiuit. et ipse dominatur omni
terre egypti. Quo audito iacob. qui de
fratru iouipuo eius illaus non crede
bat eis. Illi eontra referebant om
nem ordinem rei. Cumque uidisset
iacob plaustra et munera ac om
nia quae miserat reuixit spiritus e
et ait. Sufficit mihi si ad hunc
uiuit ioseph filius meus. Vadam
et uidebo eum antequam moriar.

Profectus
que est israel cum omnibus que
habebat. uenit ad puteum
Juramenti. et mactatis ibi uictimis
deo patris sui ysaac. audiuit pui
onem dicentem sibi per noctem uocantem se et
dicentem sibi. Jacob. Jacob. Cui res
pondit. Ecce adsum. Ait illi deus.
Ego sum fortissimus deus patris tui
noli timere. Sed descende in egyp
tum. quia in gentem magnam faci
am te ibi. Ego descendam tecum
illuc. et ego inde reducam te reuer
tentem. Joseph quoque ponet super
oculos tuos manus suas. Surrexit
iacob aprimo iuramenti. tulerunt que
eum filii cum paruulis suis et uxoribus
eorum in plaustris quae miserat pha
rao ad portandum senem et omnia
que possederat in terra chanaan. Venit
que in egyptum cum omni semine suo
filii eius et nepotes. filie et cuncta se
mul eius posteritas. Hec sunt autem
nomina filiorum israel qui ingressi
sunt in egyptum. Ipse cum liberis
suis. primogenitus ruben. filii ruben
Enoch et phallum et esrom et charmi.
filii symeon. iemuel et iamin et ahod
et iachin et sohar et saul filius cha
nanitidis. filii leui gerson. chaat et
merari. filii iuda. her et onam et sela
et phares et zara. Obierant autem
her et onam in terra chanaan. fuerun que
filii phares. esrom et amul. filii
ysachar. thola et phua et iobab et sim
ron. filii zabulon. zareth et helon
et iaheel. Hi filii lye quos genuit
in mesopotamia syrie. cum dina fi
lia sua. Omnes animae filiorum et
filiarum eius. xxx et tres. filii gad. se
phyon et haggi. suni et esebon. heri
et arodi et areli. filii aser. Jamne et
iesua et iesui et beria. Sara quoque so
ror eorum. filii beria. heber et melchiel
Hi filii zelphe. quam dedit laban lye
filie suae et hos genuit iacob. xvi. A
nimas. filii rachel. uxoris iacob. Jo
seph et benjamin. Nati que sunt iose
ph. filii in terra egypti. quos genuit
ei asenech filia putipharis sacerdo
tis heliopoleos manasses et effraim.
fuerunt autem filii manasse quos
peperit ei concubina syrach. machir
et machir genuit galaad. filii effraim
fratris manasse suthala et bam
filius suthalaam et edam. filii iemu
min. bela et bechor et ashel. gera et na
aman. et hehi et rosh et mophim et ophim
et ared. Hi filii iacob. quos genuit
rachel. omnes animae. xiiii. filii dan
filii nephtalim. Jahel et guni.